

hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Februarii 1767.

S. Borgia Secret.

CCXCV.

ORDINIS S. BENEDICTI

Ad humillimas preces Abbatis et Principis De Disentis in Retia Congregationis Benedictinae Elveticae (*nec non Abbatis Epternaci Praesulis S. R. I.; Abbatis et Principis S. Blasii in Silva Ercinia, Dioecesis Costantiensis, ac Abbatis S. Maximini prope Treverim Praesulis S. R. I.*) Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus impertitus est (*per respectivum Decretum*) facultatem benedicendi Numismata et Cruces Sanctissimi ejusdem Ordinis Patriarchae Benedicti juxta Formulam a s. m. Benedicto PP. XIV cum applicatione Indulgentiarum ex speciali privilegio sub die 23 Decembris 1741 approbatam, ac per Breve diei 12 Martii 1742 confirmatam. Eidemque Oratori facultatem pariter concessit ad eundem effectum substituendi Monachos a se dependentes. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam Oratori, ejusdemque Successoribus perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Martii 1765.

S. Borgia Secret.

CCXCVI.

PRO UNIVERSIS PONTIFICIAE DITIONIS CATHEDRALIBUS ECCLESIIIS

Cum Universalis Ecclesia sed Romana potissimum Patronos habeat apud Deum Beatissimos Apostolorum Principes Petrum et Paulum, quorum orationibus ad obtinenda divina beneficia se adjuvari maxime confidit Ipsorum Solemnitas tertio kalendas Julii passioni Eorum Sacra, quamquam speciali et propria Urbis Romae, ubi illorum glorificatus est exitus, exultatione celebretur, tamen etiam in aliis Ecclesiis praesertim Nostri et hujus Apo-

stolicae Sedis Status propensiori devotione et ampliori cultu peragi summopere decet, itaque Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII haec provido et pio animo Suo reputans, ut Eorumdem memoria ac triumphus ferventius ac religiosius recolatur, universis utriusque sexus Christifidelibus in tota Pontificia Ditione existentibus, qui vere poenitentes confessi ac S. Communionem refecti propriae Dioecesis Ecclesiam Cathedralem die Martyrio Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli consecrata a primis vespere usque ad occasum solis devote visitaverint, pro S. Matris Ecclesiae exaltatione, Christianorum Principum concordia, Haeresum extirpatione, et Fidelium conversione pie oraverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et Remissionem perpetuis futuris temporibus misericorditer in Domino concessit, atque indulsit. Datum Romae die 28 Aprilis 1767.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.

S. Borgia Secret.

CCXCVII.

SOCIETATIS JESU

Ad humillimas preces Laurentii Ricci Societatis Jesu Praepositi Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus Indulgentiam Plenariam in perpetuum concessam Clericis Regularibus ejusdem Societatis in Feria sexta post Octavam Sanctissimi Corporis Christi clementer extendit ad universos utriusque sexus Christifideles, qui vere poenitentes confessi, ac S. Communionem refecti in praefata Feria sexta aliquam Ecclesiam praedicti Ordinis ubicumque locorum existentem devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium ante Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, vel ante Servatoris Nostri Jesu Imaginem juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Junii 1767.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.

S. Borgia Secret.

CCXCVIII.

TUSCULANA

Cum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Indulgentiam Plenariam perpetuam in Festo Beatorum Principum Apostolorum Petri et Pauli pro Universis Pontificiae Dictionis Cathedralibus Ecclesiis ad Ipsorum memoriam religiosius recolendam concesserit; Cumque idem festum in Tusculana Cathedrali Ecclesia Dominica infra Octavam, eorumdem Beatissimorum Principum Apostolorum celebretur; hinc Sanctitas Sua ad preces Celsitudinis Regiae Eminentissimae Henrici Benedicti Card. Ducis Eboracensis Episcopi Tusculani eamdem Plenariam Indulgentiam perpetuis futuris temporibus valituram pro dicta Cathedrali Ecclesia Tusculana ad praefatam Dominicam infra Octavam ejusdem festi clementer extendit, atque omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti praefatam propriae Dioecesis Cathedralem Ecclesiam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem Dominicae devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint lucrandam concessit, atque indulisit.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 19 Junii 1767.

S. Borgia Secret.

CCXCIX.

Ad humillimas preces Curtii Boni Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Procuratoris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus, universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes confessi et S. Communione refecti aliquam praefatae Congregationis Ecclesiam ubicumque locorum existentem diebus festis Annunciationis et Assumptionis B. M. V. a primis vesperis usque ad occasum solis earundem festivitatum devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujus-

modi gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Junii 1767.

S. Borgia Secret.

CCC.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ad preces Abbatissae et Monialium Monasterii S. Marthae Urbis benigne inclinatus, eisdem coeterisque in praefato Monasterio degentibus tantum vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis, ac juxta mentem Sanctitatis Suae pie orantibus in decem Dominicis praecedentibus sive subsequentibus festum S. Ignatii Loyolae Indulgentiam in earum qualibet Plenariam concessit. Item eisdem Monialibus, coeterisque in Monasterio degentibus quae vere poenitentes, confessae ac S. Communione refectae in interiori Monasterii Ecclesia ante Servatoris Nostri Jesu Imaginem pias ad Deum preces effuderint, in feria sexta post octavam Sanctissimi Corporis Christi Indulgentiam similiter Plenariam concessit; ac insuper eisdem ut supra dispositis, et ante Salvatoris Nostri Jesu Imaginem pie orantibus in prima feria sexta cujuslibet mensis Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum clementer elargitus est. Voluitque Eadem Sanctitas Sua omnes et singulas hujusmodi gratias perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituras.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Junii 1767.

S. Borgia Secret.

CCCI.

BENEVENTANA

Cum Modernus Archiepiscopus Beneventanus Joannes Baptista Colombini Sanctissimo Domino Nostro Clementi PP. XIII humillime exposuerit facultatem Archiepiscopis Beneventanis Pontificalia exercentibus centum dierum Indulgentiam impertiendi, eamdemque etiam elargiendi pro aliis pietatis operibus veteri con-

suetudine viguisse ac vigere, eamque approbasse Cardinalem Ursinum tunc Archiepiscopum Beneventanum, postmodum fel. rec. Benedictum XIII Pontificem Optimum Maximum; idcirco Idem Sanctissimus praedictam facultatem tum eidem Moderno Archiepiscopo, quum ejus perpetuis futuris temporibus in Archiepiscopatu Beneventano successoribus benigne confirmavit, et quatenus opus sit de novo clementer concessit.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Junii 1767.

S. Borgia Secret.

CCCII.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini

In Monasterio NN. erecta reperitur Via Crucis quatuor distinctis locis ejusdem Monasterii: verum in uno ex iis necessitatis tempore aegrotas Moniales collocant; atque Balnei usum, experiuntur; ablata tamen in praedictis circumstantiis Via Crucis; ibique postea denuo reposita: quaeritur an Moniales eandem visitantes in praefato loco fruuntur et gaudeant Indulgentiis?

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII commisit Confessario praedicti Monasterii suam onerando Conscientiam, ut ex loco ubi Via Crucis in praeteritum aliquo anni tempore ablata fuit, indeque restituta et ad profanos usus cum gravi indecentia eodem loco usae sunt Moniales, ab ipso omnino amoveat, et ibidem nusquam in futurum collocetur; visitet deinde tria alia distincta loca ejusdem Monasterii, in quibus Via Crucis erecta reperitur, an decenter in ipsis servetur, et cum pari devotione pium ejusdem Viae Crucis exercitium in iis exerceatur, ac stricte injungat Monialibus, ne ullo anni tempore eadem loca ad alios usus convertant. Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum die 4 Augusti 1767.

S. Borgia Secret.

CCCIII.

Ad humillimas preces P. Ministri Generalis et Procuratoris Generalis Ord. Min. Conventualium S. Francisci Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus concessit tum Eisdem, tum Assistentibus, et Definitoribus Generalibus facultatem benedicendi mille Coronas, aut Cruces, aut Sacra Numismata, dummodo non sint ex ferro, stamno, plumbo, aut ex fragili materia facilis consumptionis, eisdemque applicandi Indulgentias expressas in formula Romae edita typis R. C. A. ut ab eorum singulis distribuantur occasione anteactae solemnitatis sex Sanctorum Canonizationis, quos inter S. Joseph a Cupertino ejusdem Ordinis Sacerdos adnumeratur; Provincialibus vero Quingenta, Ex-Provincialibus Tercentum, aliis autem ejusdem Ordinis Religiosis Sacerdotibus Biscentum. Voluitque Eadem Sanctitas Sua praesentis Decreti exemplis etiam impressis, manu et Sigillo Procuratoris Generalis praedicti Ordinis munitis ipsamet fidem adhiberi, quae adhiberetur, si praesens foret exhibitum vel ostensum. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 4 Augusti 1767.

S. Borgia Secret.

CCCIV.

Ad humillimas preces Fr. Ludovici Perez Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes confessi ac S. Communionem refecti aliquam praedicti Ordinis Ecclesiam ubicumque locorum existentem devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxtam mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam die vigesima octava mensis Septembris incipiendo a primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi clementer concessit. In Ecclesiis vero Monialium praefati Ordinis eandem Indulgentiam Plenariam praedicta die a Monialibus tantum caeterisque in Monasterio degen-

tibus, ut supra rite dispositis lucranda concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram. Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum. Die 1 Septembris 1767.

S. Borgia Secret.

CCCV.

Beatissimo Padre

L'Archiconfraternita delle Anime più bisognose del Purgatorio sotto l'invocazione di Gesù e Maria e Giuseppe esistente per ora nel Convento di Gesù e Maria de' PP. Agostiniani Scalzi di Roma suole dell' Elemosina che riceve da' Fedeli in occasione delli condannati a morte farne celebrare tante Messe in suffragio delle loro anime. Si supplica umilmente la S. V. a volersi benignamente degnare di concedere che tutte le suddette Messe godano del Privilegio dell' Altare a maggior suffragio delli detti condannati in qualunque Altare o Chiesa, che si celebreranno in perpetuo.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Archiconfraternitatis Oratricis precibus benigne annuens concessit ut omnes, et singulae Missae quae ex Fidelium eleemosinis pro animabus Reorum, qui ultimo supplicio damnati sunt, juxta ejusdem Archiconfraternitatis consuetudinem celebrantur, in quocumque Altari cujuscumque Ecclesiae celebrentur, eodem privilegio gaudeant, ac si in Altari Privilegiato celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Novembris 1767.

S. Borgia Secret.

CCCVI.

ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM THEATINORUM

Ad humillimas preces Bartholomaei Carrara Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum Procuratoris Generalis Sanctis-

simus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus qui vere poenitentes, confessi ac S. Communionem refecti, aliquam praefati Ordinis Ecclesiam ubicumque locorum erectam, seu erigendam die festo S. Andreae Avellini Confessoris ejusdem Ordinis a primis vespers usque ad occasum solis hujusmodi diei festi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congreg. Indulgent. die 17 Novembris 1767.

L. CARD. CALINUS PRAEF.

S. Borgia Secret.

CCCVII.

CLERICORUM REGULARIUM SCHOLARUM PIARUM

Ad humillimas preces Cajetani a S. Agnete Ordinis Clericorum Regularium Scholarum Piarum Procuratoris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi et S. Communionem refecti propriam Cappellam Clericorum Regularium Scholarum Piarum iis in locis in quibus ipsorum publica Ecclesia non existit, seu aliquam Ecclesiam Parochialem in supradictis locis existentem, in quibus festum S. Josephi Calasantii Confessoris, Scholarum Piarum Fundatoris celebrabitur, a primis vespers usque ad occasum solis diei festi hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam absque ulla Brevis expeditione in perpetuum concessit. Voluitque Sanctitas Sua praesentis Decreti exemplis etiam impressis manu et sigillo Procuratoris Generalis praedicti Ordinis munitis ipsamet fidem adhiberi, quae adhiberetur si praesens foret exhibitum vel ostensum. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Januarii 1768.

S. Borgia Secret.

CCCVIII.

Beatissimo Padre

Fausto Antonio Marone delle Scuole Pie Postulatore della Causa di S. Giovanna Francesca Fremiot di Chantal Fondatrice dell'Ordine della Visitazione S. M. Oratore Umilissimo della Santità Vostra dopo il bacio de' Santissimi Piedi le rappresenta, qualmente estratto da terra con le debite facoltà in occasione della di Lei solenne Beatificazione il corpo di S. Giovanna Francesca Fremiot di Chantal fu riposto in una assai decente cassa quanto permisero le circostanze d'allora cioè dell'anno 1752 ed il S. P. Benedetto XIV di san. me. si riservò a dì 10 di Marzo di detto anno oppure a' suoi Successori la facoltà di aprire detta cassa. Essendosi però presentemente preparata una cassa più conveniente di argento per conservare con maggior decenza il suddetto S. Corpo, il detto Fausto Antonio Marone Postulatore a nome della Superiora e Madri del primo Monastero della Visitazione di S. M. supplica la Santità Vostra voler concedere al Vescovo di Ginevra, ossia di Anesi la facoltà di aprire detta cassa e trasportare il corpo nella nuova cassa di argento, rimanendo in appresso sempre riservato alla S. Sede la facoltà di aprirla.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII expetitis precibus benigne annuens facultatem concessit Reverendissimo Episcopo Aniciensis aperiendi capsam in qua S. Corpus S. Franciscæ Fremiot de Chantal de anno 1752 secundo reconditum fuit, et illud in aliam argenteam de novo paratam collocandi; cum prohibitione tamen, ab illa non amplius extrahendi nisi prius obtenta facultate a S. Sede Apostolica.

Datum Romæ die 12 Januarii 1768.

S. Borgia Secret.

CCCIX.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII universis utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contriti, ante Crucem in Amphitheatro vulgo Colosseo sitam pias quasdam preces juxta mentem Sanctitatis Suae devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum semel in die lucrandam concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram. Datum Romæ ex Secretaria Sac. Congreg. Indulgentiarum die 12 Januarii 1768.

S. Borgia Secret.

CCCX.

Beatissimo Padre

Li Scolari dell'Università della Sapienza Oratori Umilissimi della S. V. con ogni più umile ossequio l'espongono non poter godere nella futura Quaresima il frutto delle amplissime Indulgenze delle Stazioni a causa di non poter visitare quelle chiese destinate per simili Indulgenze, per non tralasciare il loro obbligo della Scuola; al contrario delli Scolari del Collegio Romano che godono le suddette Indulgenze nella loro rispettiva Chiesa; che perciò supplicano umilmente la pietà della Santità Vostra volersi degnare che li Oratori acquistino le dette Indulgenze colla visita della loro rispettiva Chiesa della Sapienza. Sperano che le paterne viscere della S. V. li renderà consolati. Che etc.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII omnibus tum discipulis, tum praeceptoribus, aliisque ejusdem Universitatis servitio addictis, qui Ecclesiam supradictam diebus Quadragesimæ devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quoties id egerint, ut eas omnes et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes consequantur, quas consequentur si eisdem diebus Ecclesias Almae Urbis pro consequendis

Indulgentiis Stationum designatas personaliter et devote visitarent, concessit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 26 Januarii 1768.

S. Borgia Secret.

CCCXI.

ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM CONGREGATIONIS SOMASCHAE

Ad humillimas preces Petri Riva Procuratoris Generalis Clericorum Regularium Congregationis Somaschae Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi, ac S. Communione refecti, aliquam praefati Ordinis Ecclesiam ubicumque locorum erectam, seu erigendam die vigesima Julii in qua juxta Decretum S. Romanae Ecclesiae celebratur festum S. Hieronymi Emiliani Confessoris, ejusdemque Ordinis Fundatoris, a primis vespere usque ad occasum solis hujusmodi diei festi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam clementer concessit. Voluitque Sanctitas Sua hujusmodi gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram, et praesentis Decreti exemplis etiam impressis manu, et sigillo Procuratoris Generalis praedicti Ordinis munitis ipsamet fidem adhiberi, quae adhiberetur si praesens foret exhibitum vel ostensum. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 26 Aprilis 1768.

L. CARD. CALINUS PRAEF.

S. Borgia Secret.

CCCXII.

NEAPOLITANA

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII universis utriusque sexus Christifidelibus qui corde saltem contriti ante statuum marmoream S. Januarii Beneventi Episcopi et Martyris,

ac totius Regni Neapolitani praecipui Patroni erectam supra Pontem nuncupat. *della Maddalena* prope Neapolim pie oraverint, quoties id egerint Indulgentiam centum dierum benigne concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Maii 1768.

L. CARD. CALINUS PRAEF.

S. Borgia Secret.

CCCXIII.

CONGREGATIONIS CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI

LOCI LUBRANENSIS DIOECESIS WLADISLAVIENSIS

Ad humillimas preces Canonicorum Regularium S. Augustini Loci Lubranensis Dioecesis Wladislaviensis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus concessit in eorum Ecclesia Privilegiatum quotidianum in perpetuum Altare S. Ubaldi Episcopi Confessoris, et quatenus non adsit proprium Altare S. Ubaldi, in Altari, quod praefato privilegio quotidiano perpetuo decoratur, ejusdem Imago apponatur. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari, absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Maii 1768.

A. CARD. CORSINIUS PRO EM.^o PRAEF.

S. Borgia Secret.

CCCXIV.

CONGREGATIONIS CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI

LOCI KTODAVIENSIS DIOECESIS GNESNIENSIS

Ad humillimas preces Canonicorum Regularium S. Augustini Loci Ktodaviensis Dioecesis Gnesniensis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus concessit in eorum Ecclesia Privilegiatum quotidianum in perpetuum Altare S. Ubaldi Episcopi et Confessoris, et quatenus non adsit proprium Altare S. Ubaldi, in Altari, quod praefato privilegio quotidiano perpe-